



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 39. Carpius a Pontificatu omnino exclusus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. nullo amplius remedio sanandam exi-
A. C. 1559. stimabant, operam suam impendere
 recusarent.

§. XXXIX.

Carpus a Pontificatu omnino exclusus.

Ut Thesaurarius sese tueretur, eodem omnino obtentu utebatur, inquiens, quod uni soli favere haud posset; cum omnibus ab Hispaniæ Rege nominatis suum patrocinium impendere teneretur, quinimo si nimium aperte Carpii causæ fuisset suffragatus, nova, quæ inter eos cuduntur, consilia sat intempestive prodidisset, cum jamjam quidam de hac conjunctione dubitare inciperent, ut proinde improvido hoc consilio semetipsum ceteris suspectum reddidisset: Cum ergo hac ratione a Carpio duo, iique potentes Patroni deficerent, Ferrariensis Cardinalis illum penitus a Papatu excludendi medium excogitabat, quod certe antea aggredi ausus non fuisset, cum Cardinalium plures Carpii electionem vix non certam rati viderentur, ne invitis ipsis ad supremum Ecclesiæ apicem eVectus haud parum rancoris in animo suo retenturus esset: nunc autem Ferrariensis Cardinalis, cum excluso Carpio omnes sibimetipsum favere cerneret, propria sua commoda haud negligenda censuit, unde ad prosperum

speram sui consilii executionem viam ^{Sæcul. XIV.}
 sibi parare intentus Lottinum rogabat, A.C. 1559.
 ut interposita excusatione Thesaurario
 significaret, quod Ferrariensis Cardi-
 nalis Florentiæ Ducis consiliis adstipu-
 lari haud posset, cum Turnonium Car-
 dinalem proxime adventantem præsto-
 lari cogereetur. Enimvero hic brevi
 advenerat, nihilominus eo comitia jam-
 jam ingresso, Ferrariensis mo-
 ras neftendi spatium aucupabatur, ob-
 tendens, quod Guisium quoque Cardi-
 nalem præstolari oporteret: eo autem
 adventante, cum populus ob hæc in-
 ducias indignaretur, Ferrariensis Her-
 culi Gonzagæ Mantuano Cardinali fa-
 vere cœperat, nonnisi cum summa The-
 saurarii admiratione. (*)

X 4

§. XL.

(*) Observes velim, quod Continuator in
 hisce Paragraphis plurima narraverit, nullum
 tamen Scriptorem tanquam testem allegarit:
 quotiescunque enim de quodam conclavi men-
 tionem facit, pro more suo nunquam Autho-
 res citat, ut eo liberius pro arbitrio suo quæ-
 cunque fingere valeat: exinde vero prudens
 Lector facile colligere poterit, quam exigua
 fides ejusdem relationibus, necnon aliis hæ-
 reticis Scriptoribus, qui studiose ad concilian-
 dam commentis suis auctoritatem in Catho-
 licæ